

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

De Conrado Hvmbrecht, Hvivs Monasterii Sponheimensis Abbe XXI. qui
præfuit annis XVI. diebus XX. & de variis gestis tam eius quam illius
temporis.

urn:nbn:de:0128-1-17336

Norinbergæ habuit, in quo multa pro republica, & maxime super expeditione in Turcos fuerunt conclusa, quorum aut nullus aut parvus sequebatur effectus. Eo enim tempore Belli inter Christianos & Turcos atrociissimum Turcus fines Christianorum inuasit cum magna multitudine: nam in die S. Martini anno prænotato inter Christianos & Turcos bellum atrociissimum, quale in Europa vix simile factum legitur, factum est, in quo diu anceps pugna conferitur, sed Turci tandem multitudine vicerunt. In hoc prælio plus quam octoginta millia hominum occisa sunt, ibi Ladislaus Polonia rex, insignis adolescens, qui & Vngariae regnum armis petebat, & lullianus Cardinalis S. Angeli, apostolicae sedis legatus, cum multis laudabilibus viris interierunt.

Eodem anno ciues oppidi Susatensis in Westphalia, repudiato domino suo Theodoro archiepiscopo Colonensi, scilicet Cluensi Domino subdiderunt. Hinc sequuntur inter eos multa mala, rapina, incendia & bella, cum maximo utriusq[ue] partis incommode. Archiepiscopus enim contra Cluenses & Susatenses, collecto ex Bohemia maximo exercitu, suisque adiunctis, Westphalam cum magna potentia intravit, incendio & rapina deuastans omnia, multaque castella, villas & munitiones circa Susatum funditus destruxit, & tam nobiles quam ignobiles complures secum abduxit.

Eodem quoque anno Fridericus rex Romanorum introduxit Armeniacos de Francia in Alsatiam, plus quam octoginta millia contra Suitenses: & multa mala fecerunt in terra.

Eodem anno magna inter ducem Lotharingiæ & Metenses dissensio suborta est, quia instanti crevit, quod dux contra eos procedens cum magno furore & Armeniacorum exercitu, in breui omnia Metensem castella & munitiones cepit, cosque ad petitionem pacis cum magno eorum incommode & damno coartauit.

Eodem etiam anno bellum inter Arnoldum ducem Liliensem factum est, in quo lilienses pauci numero magnam Gelrensem multitudinem fugauerunt, nonnullis etiam occisis, tandem concordia facta est.

M C C C X L V.

Hoc anno, qui fuit Friderici abbatis nostri vi. obiit Fridericus episcopus Wormatiensis, qui expulsi monialibus Cisterciensibus ordinis de cœnobio, quod hortus Mariae (vulgariter Kirchgarten) extra muros Wormaciensis appellatur, Canonicos de Windesheim reformatos sub regula S. Augustini introduxit. Huic in episcopatu successit electio ne capituli Ludouicus de Ast, utriusq[ue] iuris Doctor, maioris ecclesiæ præpositus, & Ludovicus uici serenissimi principis Palatini Secretarius, vir bonus & Deum timens, præfuit diebus tantum xl. Enim uero cum esset homo prudens & amans Deum, considerauit quam sit periculoso regimen animalium, & ideo quorundam viis consilio amicorum, quadragesimo post electionem suam die resignauit episcopatum in manus electorum, malensa se in humilitate quietus consistere, quam regiminis animalium curam cum sui periculo subire. Post hunc in episcopum Wormaciensis ecclesiæ fuit electus Reynardus de Sickingen, vir bonus & pacificus, qui præfuit ecclesiæ sua satis & strenue annis fere xxxvi.

Eodem anno concilio Basiliense adhuc perdurante, Iohannes episcopus Laufensis, Guilielmus Archidiaconus Metensis, Rudolphus de Radersheim præpositus sancti Pauli Wormaciensis, & Iohannes de Bachenstein Archidiaconus Sagrabiensis, Iohanni abbati, (nam prefati concilij Basilienis caularum erant auditores) Bursfeldensi cōmiserunt, quatenus ordinarium diuinorum, modumque cantandi & legendi corrigeret pro unione & capitulo nostro annuali, apocrypha rejeceret, & superflua amputaret, sicut ex literis defut per confessis patet, quarum Datum est anno Domini MCCCCXLV.XVII, die mensis Iulii.

Hoc anno Ludouicus comes Palatinus Rheni, dux Bavariae & Princeps elector, Ludouici Barbatij quondam filius (de quo supra plura diximus) vxore duxit filia ducis Sabaudie Margaretham (sicut diximus) de qua genuit Philippum Principem. Eodem anno Fridericus abbas huius monasterij, cernens se propter inopiam loci & malitiam temporum nec in spiritualibus nec in temporalibus posse proficere, tadio affectus abbatiam in manus conuentus XIII. cal. Martij resignauit, pensione annua pro vita sustentatione congrua sibi à conuentu addicta, superuixitque postea annis XVIII.

DE CONRADO HUMBRECHT, HVIVS MONASTERII SPONHEIMENSIS Abbate XXI, qui præfuit annis XVI. diebus XX. & de variis gestis tam eius quam illius temporis.

VACANTE igitur abbatia huius monasterij post liberâ resignationem Friderici de Neckheim ultimi abbatis, anno & die præscriptis, monachi huius cœnobij, qui tū pauci erant numero, ne diutius viuerent sine pastore, mox codē die, XIII. cal. Martij ad locū capitularē in vnu conuenciētes, concorditer in abbatē elegerūt Conradū Humbrecht de Gau-

Conradus fit abbas XI.

Hh 2

ilio vñus amicorum, Nitidus Romanæ ecclesie Prelatus, atere legatum, Francforte, asterij necessitatem & de fidelium mentes, in subfucus iusta petenti libera sequitur concessit, nanæ ecclesia Presbyter Cardi odii Basiliensis in spiritu sancto legatus de Latere, omnijs & empisternam. Lices in decem pietatis, que merita supplici præmereri, iniblantur, & sc̄iūtatem, fideles ipsi adūt & remissione, punientur, us) monasteriū de Spalbeim, & alias extremas condituras editib. & adiūcūtū multū salvecessariis ad diuinū cultū placuerunt, propter quod Christi næstertius congruū bonitatis libertatis eo confitunt, nec non & adiūtrices, quo ex hoc ibidem misericordia, ac beatorum Pe- & confitit, qui ad diūlī mua- orū furorū venā implorauit, p̄fūs monasteriū necessariis, & esia in ipso monasterio omnia, ipsi ecclesiæ pertinentium, in extremis laborante quarto, quing. annos & tota- stibz perpetuo valitor, vno- uonodulibz concessa fuerunt, de nouo conformati tenu- ub nostri Cardinalatus appa- frigida, quæ duxauit à sedo- nentis pabula, & in plu- res rufitici domorum fax- ate pene corrupta, sumen- tum pabuli, mactare co- rarie deuoranda exposu- sis (de quo supra diximus) stultitiam suam fognus & hominem delitacum, in cuius non medicum abeo- rs. Isto autem deposito lac- is XII.

it Dominica cantate, cap- e in monasterio S. Petri, ibidem, S. Gal- o multa pro reformatione gnem conuentū Principi- Noctis

Odernheim, alio nomine vulgariter Schiltvveck vocatū, qui per Theodēticū archiepiscopū Mogunt, confirmatus, & per eius in pontificalib. Vicariū benedictus, præfuit huic monasterio annis xvi. & diebus xx. Hic fuit oriundus de Odernheim honestis parentib. natus, ex profapia militari, qui in iuuentute sua ad monasteriū traditus, mores quos reperit imitatus est. Fuit autem secularis, leuis & inconstans, qui ludis & cōmessationib. nimium delectari consueuit, & parū imo penitus nihil de religione curabat. Ordinatus autē in abbatem pristinōs mores prauos non statim mutauit, sed per annos aliquot diu noctuq; cōmestationibus, & ludis taxillarijs, alijsq; intentus, nihil omnino curare de profectu monasterij videbatur. Non. n. raro, sed sēpe & multū taxillario ludo substantiā monasterij turpiter disipauit, aliquando x. aliquando xx florenos, aut plaustrū vini, aut annulos ex digitis in pīo 10 vanitatis studio simul amittendo exposuit. Tandē post aliquot annos metu reformatiōis Bursfeldensis, cuius tunc fama percelebris erat, & Nicolai Cusani apostolicā sedis legati, qui multos subire reformationem aut monasteria dimittere cōpellebat, deterritus, cōquantū ad prouidā gubernationē rerum temporaliū pertinet, satis emendauit, ludos, cōmessationes, & vagos discursus, quib. eatenus operā dederat, intermisit, & monasterij profectui studiosius intendit. Veruntamē mores tam suos q̄ subditorū ad puritatē regule non correxit, nec emendare defectū spiritualis institutionis curauit. Repent autē statū monasterij in temporalib. nimis tenuē & exhaustū, & plus q̄ in mille sexaginta florenis credit oribus obligatū. Verum posteaq; erga profectū monasterij cœpit intendere animū, infra paucos annos maiorē partē debitorum exsoluit, & plura denuo cōdicia construxit. Inter alia enim construxit eam domū quæ nunc est coquina, & illā quæ hodie est pīstrinū, pro quarū impensis plus q̄ cxxx. florenos (iuxta computationis sūc teno. ē) exposuit: molendinū quoque inferius à fundamentis reparauit, vincas de nouo plures non sine magnis expensis plātavit, & pīcinas duas in integrū reparauit. Alia quoq; nonnulla, tam in curtibus extra, q̄ in monasterio intra cōdicia, horrea, domus & stabula construxit, quorū omniū singulariter facere mentionem superfluum judicamus.

MCCCCXLVI.

Ludouicus Prior 28. mortuus. Anno Conradi abbatis i. obiit Ludouicus Prior huius monasterij, xxvii. in ordine Priorū à principio foundationis, qui post Fridericū, anno Gobelini abbatis vi. mortuū, fuit institutus, & præfuit in officio prioratus annis ferme vi. homo mundanus, qui partī de religione curaret. Post hīc in Priorē xxix. fuit substitutus Iohannes Maria, qui etiā aliquādiū officiū Cellerarij simul cum Prioratu tenuit, propter paucitatem personarū, mansitq; Prior annis ferme xiv. vir magis ad temporalia natus, quā ad curas monasticāe disciplina. Contigit autē in illo tempore aliquando, ipsum & Priorē esse & totū repræsentare conuentum, eo q̄ præter ipsum nō esset in cōenobio monachus vllus. Abbas n. seorsum habebat mansionē suam, parim iterum Fridericus de Neckheim olim abbas, qui resignauerat, aliquādo in monasterio in domucula propria, aliquando in Creutzencacht morā trahere consueuit: eratq; monasteriū præsens, quondam monachis plenum, derisioni rusticorū expositum, dum quasi prouerbium sumptu de ipso vulgariter diceretur: *In monasterio Sponheim sunt duo abbates, & monachus unus, cuius altera pars conuentus est.* Numerus tamen personarum ex 40 monachis alienis augbatur.

Mare terribilis annos suos exiens ceterum milia hominum submersit. Tonitrus & coruscationes horribiles in comitatu Zutphanensi, intantum quod fulgetra cadens de nubibus in ecclesiam beatę semper virginis Marię in oppido Zutphania turrim & campanas consumpsit, hominesque plures gratiiter læst. & xlii. numero interfecit. Eodem quoque die ventus magnus & frigidus ab Aquilonc veniens per aëtra domum quoquam egredi potuisset. Et eiusdem mensis Aprilis die penultima in multis locis sata & vinceta frigore nimio læsa perierunt.

Anno prænotato Theodericus archiepiscopus Colonensis cum magno suorum exercitu iterum intravit Westphaliā contra Sufarenses, sed magno suo suorumque damnō & incommodo. Ciues enim egressi viriliterque pugnantes ducentos ex melioribus nobilioribusque de parte archiepiscopi viros coperunt, eosque ad oppidum captiuos introducentes, non prius, quam se magna pecuniarum summa redimerent, liberos dimisirunt, à quibus plus quam quinquaginta millia extorserunt.

Eodem

Eodem quoque anno bastardus Philippi ducis de Burgundia, cupiens potiri dominio Treuirorum, duos ex ciuib⁹ non infimos, quorum alter de militari genere ortus Wiliandus Schenck, alter Iohannes Longus dicebatur, secreto conuenit, eosque promissa magna pecunia, in traditionem ciuitatis animauit. Cum autem super traditione huiusmodi consilium de modo haberet, in quadam hospitio in oppido Lutzenburgensi, contigit nutu diuinu famulam domus eorum audire tractatum, per quam ausati Treuirēses, ipsos tradidores tormentis exposuerunt, confessosque capitibus amputatis in quatuor partes diuiserunt. Huius facti historia in carmine vulgari longo tempore postea decantatur à pueris, quę iam pene à memoria hominum aboleuit, in quo Bulmannus Magister ciuium & alter dictus Magister Michael, qui primus in tradidores manum iniecit ad capiendos, introducuntur.

Ciuitatis
Treuirensis
atrentata
tradita.

M C C C X L V I I .

Anno Conradi abbatis nostri II. celebratum fuit ordinis nostri capitulum prouinciale XIIII. in monasterio Petri domus in Constantia, VII. die mensis Maij, quæ fuit Dominicana Cantate, cum continuation dictum sequentum, in quo præsederunt ordinis nostri abbes, Petri domus ibidem, S. Egidij Nurenburgensis, S. Stephani Herbipolensis, & sancti Gothardi Hildensheimensis. Multa in eo capitulo pro reformatione ordinis fuerunt decreta.

Capitulum
prouinciale
12. celebra-
tur.

Eodem anno post nativitatem S. Iohannis Baptista, Theodericus archiepiscopus 20 Coloniensis conductus ex Bohemia XXVI. millium armatorum, vna cum Saxonie duce, & episcopo Hildensheimensi, processit denuo cum innumerabili exercitu contra ciues Sufatenes in Westphalia, & contra ducem Cleuensem, & multa damna fecit in terra, Sufatum tamen non obtinuit. Obsidione autem soluta Bohemi omnem terram ducis Montensis perugantes, incendio & rapina desolauerunt, ecclesiæ & monasteria omnibus rebus & ornamenti spoliauerunt: sacra Dominici corporis vasæ, fusio in terram Sacramento, rapuerunt, moniales Deoque sacratas virgines, quas senium ornauit, igni combusserunt, iuenculas autem & pulchras abduxerunt in Bohemiam captiuas, quibus incredibili furore libidinis palam abutebantur.

Archiepi-
scopus Colo-
niensis Bo-
hemorum
auxilio Su-
fati obseatis
Immane sce-
lus Bohe-
morum.

M C C C X L V I I I .

30 Hoc anno, qui fuit Conradi abbatis nostri IIII. reformatur duo ordinis nostri monasteria in Colonia, S. Martini videlicet & S. Panthaleonis, & ad capitulum & unionem obseruantia Bursfeldensem suscepit furunt.

Duo mona-
steria in Ce-
lonia refor-
mantur.
Defectio sa-
lis.
Conradus
abbas cur-
tes in Wins-
heim repre-
tit.
* Vogt, oder
Famili.

Eodem anno calend. Septemboris, hoc est, in die sancti Egidij solis defectio fuit. Hoc anno Conradus abbas curtes illas in Winsheim, quas abbas Bernhardus olim, (vt supra diximus) anno suo XXXVI. sine consensu fratrum suorum alienauit, à Mainhardo de Coppenstein repertus, conueniens eum corā aduocatis * Principum in Creuzenacht, Friderico de Lerenstein & Iohanne de Wachenheim, producens quorundam testimonia, qui reuocationem Bernhardi abbatis iam mortui super iniusta alienatione earundem audierant. Vnde aduocati, partibus auditis, commiserunt abbatī, vt petitionem suam redactam in scriptis alia vice præsentaret, Mainhardusque similiter in scriptis responderet, quo facto, se velle quod iustum esset decernere. Fecit abbas quod iubebatur, petitionemq; suam contra Mainhardum aduocatis præsentauit in scriptis. Verū aduocati, siue curis nimis impliciti fuerunt, siue parti aduersæ (quod tum credebatur à multis) nimirū inclinati postulatione abbatis & cōuentus recepta, sententiā distulerunt, verbis bonis animum abbatis suspendentes de die in diem, iam hoc nunc illud pro impedimento allegantes, & sic negotium pendet usque in præsens.

Differen-
tia duxum sl-
eū pro Du-
cas Lut-
zenburgēsi.

Eodem anno dudu inter Wilhelmu Saxonie, & Philippu Burgundiæ duces dissensione pro ducatu Lutzenburgensi, altero ius hereditati, altero pignoraciū allegante, suborta, finis tandem dissensioni imponitur. Cum Nobiles & incola terra Lutzenburgēsi do- 50 minam suā duciflā Bauariae contemptui habere coepissent, & Fridericus Rom. rex ducatū ipsum duci Saxonie, Wilhelmo præfato tradidisset pro certa summa pecuniariū, comitem quendam de Glichen cū exercitu illo misit, qui ducatū nomine suo gubernandū suscipiet. Veniens autem ad Lutzenburg præfatus comes de Glichen, maiore terræ illius parte obtinuit, & dispositis per regionē militibus, ipse cū aliquib; in oppido Lutzenburg refudit. Interea cū Domina terræ Saxonie haberet infensos, Burgudiæ ducē Philippu fecit occulte vocari, omne ius suū in manus eius promittēs se traditū. Itaq; nacta opportunitate dominus Philippus misit illuc Capitancū suū cum decē millib; equitū, Saxonibusque minus caute agentibus, Burgundiones in mēse Nouembri quadā nocte, traditione quorundam ci-

Comes do-
Glückē Lut-
zenburg ob-
temperat.
Duxatus
Lutzenbur-
gensis venit
ad Burgun-
dones.

monasterij, XXVIII. in ordine lini abbatis VI. mortuus est
mundanus, qui parvū de-
cūs Mariæ, qui etiā aliquid in
personarū, mansit. Prior
monasticæ disciplinae, Com-
reprezentare conuenit,
s. n. seorsum habebar man-
us, qui resignauerat, aliquando
acht morā trahere conloc-
tioni ruficoriū expostum,
monasterio Sponecum sunt dā-
cerus tamen personarum eti-
am.

suit Dominica Palmarum,
maximo impetu, dilatio-
nibus rebus & pecoribus
quoque die Palmarum to-
haniensi, intantum quod
Marie in oppido Zutphen
uiter lefit, & XIII. ouero
Aquilone venientia per ab-
niuibus oppletis, nemo es-
tis Aprilis die penultimam.

iensis cum magno scurredo-
mago suo scurredo-
tes ducentos ex melioribus
eis ad oppidum capiōsū
redimenter, liberos dimic-

CHRONICON TRITHEMII

uium intromissi, oppidum Lutzenburg & arem obtinuerunt, Saxonib. fuga lapsis. Et hic ducatus Lutzenburgensis ad imperium ducis Burgundiae accessit, manetq; sub illo usq; in præsentem diem.

Concilium

Basilense

terminatur.

Pestis ma-

gna.

Bellum inter

Marchionem

Brandenbur-

gensem &

Nurenber-

gensem.

Hoc anno concilium Basiliense, quod multis annis durauerat, terminatur.

M C C C X I X.

Anno Conradi abbatis iv. magna in omni Alemania pestilentia fuit, que multa millia hominum in brevi tempore miserabilis plaga consumpsit.

Eodem anno Marchio Brandenburg. Albertus, in auxiliu nonnullis principib. conspiratis, scilicet archiepif. Moguntino, Marchione Badensi, comitib. de Wittenberg, episco-¹⁰ po Bambergensi, & episcopo Eistatensi, contra ciuitates & oppida Imperii, & præcipue ad uersum Nurenbergenses (quib. infestissimus erat) mouit exercitum, cæde, incendio, preda, & agrorū deaflatione, vinearumq; exstirpatione, in eos per annū & vi. menses nimis inhumanius se uiens. Cines autē primo impetu, terrore perculsi, intra muros se cōtinuerunt. Postea comparato exercitu, principum agros potenter inuadunt, igne, ferro, & præda cuncta deaftare coeperunt: donec tandem exhaustis vtriusque partis promptuarijs inita concordiam & pacem seruare coacti fuerunt.

M C C C L.

Iubileum Ro-

mæ celebra-

rum magistrorum.

Anno Conradi abbatis v. maximus concursus populorū ex omni Christianorū orbe factus est Romā, pro indulgentijs & remissionib. Iubilæi: tantaq; fuit multitudo hominū peregrinorū Romæ, q; domos, & placas omnes replicerunt, & tāta p̄e multitudine prefura ducenti scte homines in ponte S. Angeli quadā die in Tyberim de ipso ponte prolapſi fuerunt, vrgentib. se hominib. mutuo ante & retro ad transeundū. Iacobus etiā archiepif. Treuirenſis, adunato sibi Contrado episcop. Metensi, cum centū & quadragesinta equitibus pro indulgentijs Iubilæi Romam proficiſcitur, suscepitusque honorifice à Papa Nicolao v. multa pro decore Treuirenſis ecclesiæ impetravit. Inter qua illud fuit præcipuum sedis apostolice indultum, quod in ciuitate Treuirenſi Gymnasium posset instituere generale, in quo omnium facultatum Preceptores haberentur.

Ludovicus

Palatinus

marit.

Anno Iubilæum p̄e precedente, hoc est, Conradi abbatis nostri iv. in die S. Hypoliti martyris, obi⁹ Christianissimus Princeps, Ludovicus comes Palatin. Rheni & dux Bavaricæ, Archidapifer & Princeps Elector, relinquens unicus filium Philippū, inclutum Principe, p̄e, primum annū ætatis agentē, cui tutorē constituit Fridericū fratrem suum, cōmendans ei ipsum filium, vxorē & omnia que sui iuris habebat, ita videlicet, vt quamprimum filius annū ætatis xviii. attingeret, ei paternū ducatum cum omnib. pertinentibus ad eum: sine contradictione restitueret. Hisq; sic dispositis obi⁹, in ecclesia sancti spiritus sepultus. Itaq; post obitum fratris Fridericus ducatum eius omnem gubernandum susciptiens, v̄isque ad mortem suam per annos xxvi. v̄isque ad annum ducis Philippi xxvii. strenue gubernauit, defendit & auxit, & multa bella committens, necessitate impulsus, vbiique fortunatos o- mnes aduersarios suos feliciter superauit.

Maior eccl

ses Spirensis

cōstituerunt.

Anno autē p̄e notato Dominice incarnationis MCCCCL. vi. die mensis Maij post mediū noctis circa primā horam, per incuriā & negligentiam eorum, qui organum in die reformauerant, magnus in ecclesia maiori Spirensi in cœlū est ignis, qui totum ædificium corporis ecclesiæ, tectum, organum, turrim & campanas consumpsit.

Artimpre-

foris conve-

nientio.

Hisquoq; temporib. ars imprimendi & characterizandi libros à nouo reperta est in ciuitate Moguntina, per quendā ciuē, qui Iohannes Gutenberg dicebatnr, qui cum omni substantiā propter nimia difficultatē in uentionis nouæ in eam perficiendā expolūset, cōfilio & auxilio bonorum virorū, Iohannis Fust & aliorum adiutoris, rem incepit perficit.

Primus hu-

icu artis de-

latator fuit

Peter Schöf-

für von

Gernsbach.

Primus autē huius artis dilatator fuit post ipsum inuentorem Petrus Opilionis de Germsheim, qui multa volumina suo tempore impressit. Morabatur autem p̄efatus Iohannes Gutenberg Moguntia in domo, dicta zum lungen, quæ domus v̄isque in præsentem diem illius nouæ artis nomine dignoscitur insignita.

M C C C L.

Cepitum

provinciale

xii. celebra-

tio.

Apostolica

fides Lige-

nsis invenit

Capitulo.

Anno Conradi abbatis nostri vi. celebratum fuit xiv. ordinis nostri provinciale capi- tulum. xxiiii. die mēsis Maij, qua fuit Dominica iv. post festū Paschatis, cum cōtinuatione dierum sequentiū, in monasterio S. Stephani Herbipolensis, Nicolao de Cula, cardinali tituli S. Petri ad vincula, apostolica sedis legato præsente ac capitulo præfidente, vna cū abbatibus. S. Egidij Nurenbergensis, S. Burckhardi Herbipolensis, S. Petri in Ephordia, & S. Gothardi in Hildesheim, in quo quidē capitulo multa pro reformatione ordinis per præfatū Cardinalē & patres fuerunt tractata. Deniq; omnes abbates tūc præsentes pro se, & ab sentiū procuratores pro his quorū procuratores erāt, ad sancta sanctorū, in man⁹ cardina-

Saxonib. fuga lapsis. Et hic
sit, manetq; subilio vñq;
erat, terminatur.

estilenta fuit, que multa
in nonnullis principib, con-
trib. de Wittenberg episco-
da Imperii, & præcipue ad
tum, cæde, incendio, pre-
annū & vi. mensis numis
si, intra muros se cōtinue-
radunt, igne, ferro, & preda
e partis promptuaris sinire

ex omni Christianorū orbe
q; fuit multitudo hominū
rata p̄e multitudine pres-
trum de ipso ponte prolap-
dū, Iacobus etiā archiepī-
cū & quadraginta equitibus
norifice à Papa Nicolaov,
illud fuit præcipuum sedis
posset in fluite generale,

ostri iv. in die S. Hyppoliti
alatin. Rheni & dux Bau-
philippū, inclutum Pro-
ratrē suum, cōmendans ei
& tū quamprū filii an-
pertinentibus ad eum sine
ancti spiritus sepultus. Itaq;
dum suscipiens, vñq; ad
xvii. strenue gubernauit,
līsus, vñq; fortunatus o-

CL. VI. die mensis Maij post
orum, qui organum in die
gnis, qui totum ad fiduciam
mp̄lit.
ibros à nouo reperta etiā
dicebatur, qui cum omnē
perficiendā expoluisse co-
s, rem incepit perfec-
etruis Opilions de Geru-
autem præfatus Iohannes
s vñq; in præsentem dicm

nis nostri provinciale capi-
schatis, cum cōtinuatore
colao de Cula, cardinali-
culo p̄eprecedente, vñcā ab-
s. Petri in Erphordia, &
formatione ordinis perpr-
es tūc præsentes profe, Sab-
anctorū, in man° cardina-

S P O N H E I M E N S E.

367

lis, post decantatam per eum missam, stantes ante altare S. Stephani, iurauerunt, quod sub pena omnium dignitatum & priuilegiorum, infra vnius anni spatium, reformationem dudum conclusam vellent sine dilatione assumere, & tam in se quam in subditis secundum regulam & statuta Patrum fideliter conservare. O quam multi deinceps, non curantes facta, periuri fuerunt. Magnam diligentiam fecit pro reformatione ordinis nostri præfatus Legatus Nicolaus de Cusa, & non modicum profecit. In primis enim post Capitulum fecit vnam constitutionem de modo & forma reformationis & visitationis, in qua satis diffuse de monasticæ institutionis integritate & conuersatione tractauit. Observuantiam quoque & vñionem Patrum reformatorum de nuncupatione Bursfeldensium (quæ tunc nouella erat) primus confirmauit, quæ tamen postea per papam Pium II. de novo confirmata est, anno videlicet Conradi abbatis nostri XIII.

*Constituties
ne ffectus pro
reformatio-
ne.*

Eodem anno Fridericus rex, Ladislaus Vngarie & Bohemia regre Alberto fratre Duce Austriae, ac magno procerum exercitu comitante, Italiam cum Iponsa Helionora filia Etyvardi regis Portugallia, ingreditur, & xvi. die mensis Martij coronam ferream, quam Mediolan ob Ducus pertinaciam suscipere non potuit, de manu vnius Cardinalis per papam ad hoc ordinati suscepit. Deinde xx. die eiusdem mensis Martij, quæ fuit Dominica Lætare, in medio Quadragesima, Nicolaus papa v. regem in ecclesia S. Petri cum magno honore corona aurea solenniter decorauit. Postea discedens ab Urbe iter diuertit ad Neapolim, vbi nuptiis cum desponsata celebratis, salutatoque rege Aragonum Alphonso, ad

*Fridericus
rex Roma-
norum in Ita-
liam profici-
scitur.*

20 propra remicauit.

Hoc ipso quoque anno (sicut diximus) Papa Nicolaus v. Legatum de latere in Ale-
manniam misit cum indulgentijs lubilæ & auctoritate magna, Nicolaum de Cusa, patria Mozelianum, sacro sanctæ ecclæsiæ Romanæ tituli S. Petri ad vincula Presbyterum Cardi-
nalem, episcopum Brixensem, virum vnde cuncte doctissimum, & Christianæ fidei zela-
torem præcipuum, ad reformatum inter Principes Alemanniæ pacem & excitanda cor-
da fideliū in subiunctionem Græcorū, qui tunc à Mahumete Amorati filio Princeps Tur-
corū oppugnabatur. Venit ergo ad Treuirim Legatus Apostolicus, & deinde ad alias Ger-
maniae ciuitates, & rā per se in propria persona, q; per alios viros cōplures eruditos, multos
in publico fecit sermones, exhortando fideles in subuentione Christianæ fidei periclitatis.

*Legatum A-
pelleius &
nit in Ger-
maniam.*

30

M C C C L I I.

Hoc anno, qui fuit Conradi Abbatis nostri v. II. Fridericus Comes Palatinus Rheni & Dux Bauariæ, frater Ludouici p̄j (de quo supra diximus) Idibus Ianuarij, hoc est, in o-
ctaua Epiphaniae Domini, consensu omnium procerum & Comitum Palatinatus, auto-
ritate quoq; Apostolica & confirmatione, assumptus etiā tutorem & gubernatorem, ac
in patrem Philippii infantis filij fratris sui, cum titulo & prærogatiua principatus electionis
imperij Romani, simul & Palatinatus Rheni, vt Princeps Elektor Imperij ab omnibus ha-
beretur & esset. Huius prærogatiue constitutio in primis displicuit Theoderico archiepi-
scopo Moguntino, Duci quoq; Stephano Geminipontensi, Iacobo Marchioni Branden-
burgensi & eius filio, Comitibus quoq; de Lutzelstein, qui in vnum cōspirantes multa cō-
tra Duxem Fridericū machinati sunt. Post multas autē iniurias sibi à præfatis comitibus
de Lutzelstein (qui tunc erant valde potentes) Dux Fridericus diutius dissimulare nequies-
Lutzelstein anno præorato cum valido suorum exercitu firmissima obsidione per duos
mensis & dies septem vallavit, & tandem in vigilia S. Martini episcopi castrum cum oppi-
do violenter obtinuit. Comites autem se fuga salvantes, omnia quæ habebant amiserūt:
& sic totus Comitatus de Lutzelstein vñq; in præsentem diem Palatinatus subiectus est. Eo
tempore Schaffhardus comes de Liningen, Dux Friderici familiaris & consiliarius, à Co-
mitibus præfatis in arce Lutzelstein tenebatur captiuus, quem Dux ipse obtenta victoria,
cum magno gaudio liberauit. Altera vero post festum S. Martini die, Sinhardtzhusen, cuius
tertia pars erat præfatorum Comitum obsecit & obtinuit.

*Lutzelstein
captiuus à
Friderico
Palatinus.*

50

Hoc ipso anno Nicolaus Cusa Cardinalis, & Apostolica sedis Legatus, ordinariū di-
uinorum reformationis & vñionis nostræ Bursfeldensis, per certos Abbates correctum &
emendatum (vt nunc est) diligenter examinans, autoritate Apostolica confirmauit.

*Schaffhard-
dui comes
de Liningen
ex captiu-
itate libera-
tur.
Ordinari-
um vñione
Bursfelden-
sis confir-
matur.*

M C C C L I I I.

Anno Cōradi abbatis nostri VIII. reformatum est monasterium S. Iohannis Baptistæ in Ringauia, ordinis nostri, per monachos vñionis Bursfeldensis de coenobio S. Iacobi pro-
pe Moguntiam assumpros, autoritate & iusione Theoderici archiepiscopi Moguntini. Hanc reformationem Nicolaus Cusa Cardinalis prædictus, & Rodolphus de Ridesheim, Episcopus Vratislauiensis, magnopere promouerunt, quæ ut fortius posset in suo

Hh 4

vigore persistere, coenobium monialium sub pede montis, quod Clausula dicebatur, cum omnibus redditibus & proutibus suis, prefato monasterio reformato, expulsis monachis, quae & paucæ erant & dissipatis conuersationis, in perpetuum annexerunt.

*Constanti-
nopolis à
Mahumet
capitur.*

*Virgines cō-
finiuntur
& postea
occiduntur.*

*Reliquie
sanctorum
interventu
sparsa can-
culantur.
Libri nau-
bi perforati
impositi
demerguntur
in profundum.*

*Bellū inter
regem Pola-
nia & Ma-
gistrū Te-
tonicorum.*

*Capitulum
provinciale
cōcelebra-
tur.*

*Dracolus
Wayda ty-
rannidem
exercit in
Walachia
inauditam
Idem ad fi-
dem conser-
sus bapti-
Zetur.
Imperator
Turcorum
Myślam &
Walachia
armis obi-
net.
Coenobium
Clausū E-
berhardi
fundatur.*

Eodem anno Mahumetes Turcorum Imperator, anno imperii sui tertio, famosissimam illam Græcorum urbem Constantinopolim, 3. cal. Iulij, maxima vi armorum terra marique expugnans, quinquagesimo die obsidionis cepit, omnesque viri sexus homines, qui ætatis sextum annum excessissent, occidit. Constantinum Paleologum Imperatorem capite truncavit, & monachos multis tormentis affectos crudeliter interfecit. Ibi infinita millia hominum occisa sunt, ita ut tota ciuitas, quasi flumine quodam, sanguine exundaret.

Virgines autem & moniales, decorasque mulieres, post inauditum furem libidinis in eas perpetratum, Turci miserabiliter cruciatu peremerunt. Nihilo minus Patriarcha Græcorum cum multis Christianis a fugiens, saluatus est. Ea tempestate nefandus ille Turcorum Imperator, regia ciuitate obtenta, omnes ecclesiæ prophanauit, templum S. Sophiae toto orbe famosissimum, stabulum eorum constituit, omnes reliquias sanctorum, quas reperit, in lutum proiecisti, & militum suorum ab equis conculcati precepit.

Verum cum milites ossibus mortuorum tantam inferre contumeliam recusat, prior ipse cum equo super Diuorum reliquias truculentius insilit, & conuersus ad milites tratus dixit: *Quicunque me sequi non fuerit, per Mahumetem magnum Dei nuncium hoc die morietur.* Vnde perterriti milites Sanctorum reliquias, super lutum dispersas, eorum suorum discursu & conculatione in profundum luti (proh nefas) demiserunt. Sacros etiam fidei Christianæ & orthodoxorum Parrum libros, quotquot inuenit Dei crudelissimi hostis, nauibus perforatis imponi fecit, & in profundum mariis demergit, ne qua ibi dimitteretur occasio scientiæ fidei Christianæ. Constantinopoli autem capta, totius imperii Græcorum consequenter crudelis inimicus obtinuit principatum, nostris Imperatore & Principibus, prater verba nihil in contrarium facientibus.

His quoque temporibus Pruteni aduersus Magistrum Teutonicorum conspiratione facta, quinquaginta quinque ciuitatum & oppidorum tumultum in eum suscitanti, quorum maior pars non diu postea defecerunt ab ipsis Teutonicis, & se Regi Poloniae subdiderunt. Ordo dehinc inter eos grauissimo bello, rex deuictis Teutonicorum copijs, oppida eorum capit, in primis Montem regum, Mariæque montem, cum alijs, principale quoque oppidum Dantiscum ad Polonos defecit. Itaque vietus Magister, qui Regibus quondam comparari poterat, cum suis Teutonibus, & pene dominata amissio, Barbaris cedere & subesse coactus est. Hoc illi propterea, quod sui nimis pro libito in ciues tyrannidem agerent, accidisse dicitur.

M C C C L I V.

Anno Conradi abbatis nostri 1 x. celebratum fuit x v. ordinis nostri Capitulum provinciale in monasterio S. Marcellini & Petri in Selgenstat, x i. die mensis Maij, cum continuo dierum sequentium, & fuit Dominica tertia post festum Dominicæ resurrectionis, in quo præsederunt Wolfframus in Hirsvay, Christianus S. Petri in Ephordia, Waldricus in Wiblingen, & Bertholdus S. Stephani in Herbipoli, monasteriorum ordinis clarissimi Abbates, & ibi multa pro reformatione ordinis statuta fuerunt.

His temporibus tyrannidem inauditam & incredibilem in Walachia exercuit Dracolus Wayda, Princeps seu Capitanus gentilis crudelissimus, qui multa millia hominum viri sexus & ætatis innocentes occidit, maxime Christianos, nouo & inaudito prius genere tormentorum. Qui tandem captus à Mattheia rege Vngaria, conuersusque ad fidem baptizatus, & post aliquot annos suo dominio restitutus, bene & modestissime deinceps conuersatus est, & multa bona fecit. Eius crudelia gesta partim vno libello circumscriptur vulgari lingua impressa.

Anno quoque prænotato Mahumetes Imperator Turcorum Myślam inferiorem & Walachiam, dedentibus se Principibus non habentibus auxilium, obtinet.

His quoq; temporib; coenobium in diocesis Treuirensi fundatur, non longe à Berncastel & Cuſa, canonicorum regularium de reformatio Windesheymensi, q; Eberhardtus clausus dicitur, ex oblatione fidelium. Quidam enim pauper Villanus de villa de littore Morella constituta, quæ Pitzbort nuncupatur, oriundus, parvum ibi tugurium fecit, in quo imaginem beatæ Mariae semper virginis, filium in sinu hora vesperarum tenentis collocauit, de qua multa ferebantur miracula, factusque est ex illo tempore ad ipsam iconem populorum concursus, usque in præsentem diem, de quorum eleemosynis coenobium ibidem constructum est, & in necessariis sufficienter prouisum, qui rusticus, quia dicebatur Eberhat-

Eberhardus, nomen loco Clauſa Eberhardi dedit. Huius cœnobij fundationem Jacobus Archiepiscopus Treuirensis confirmauit, & ecclesiam nouam in persona propria conse-
crauit. Idem archiepiscopus Treuirensis conuentum minorum in Confluentia reforma-
uit, & canonicos regulares de Windesheim benereformatos in nouo monasterio non
procul à Confluentia in quadam insula Rheni iuxta Vallendorf instituit.

M C C C L V.

*Cœnobium
regularium
in insula in
fieri suu-
datur.
Dissensionis
inter Palati-
num & du-
ce Ludouicu-
m suum.*

- Anno isto, qui fuit Conradi abbatis nostri x. Dux Ludouicus cognomento Niger, Comes in Veldentia, filius Stephani comitis Palatini Rheni Ducisque Bauariae & Comitiis in Zveinbrucken, & frater Duci Friderici in Simeren, se contra Fridericum Palati-
num, tutorem Philippi Principis nostri erexit, prædas & incendia in Principatu eius hinc
inde exercuit. Hunc Fridericus Dux semel, secundo, & tertio per literas charitatue mo-
nuit, vt male coepit desisteret, & ius alienum non iniuria temeraret. Ut autem se con-
temni ab illo vidit, non amplius dissimulandum fore ratus, oppidum Montis Zaber-
niam, quod Ludouicus Dux in praesidium habuit, obsidione vallavit, quod tribus diebus
& v. hebdomadibus expugnatum, tandem in die sancti Tiburtii martyris obtinuit. Ve-
rum postea in quadam concordia praefatum oppidum Bergzabern, ad instantiam amico-
rum, praefato Duci Ludouico restituit; sub ea videlicet conditione, quod contra ipsum
Palatinum nihil in posterum præsumeret & ageret; quod tamen (vt patebit) non custodi-
uit. Dehinc magnanimus Princeps Fridericus Comes Palatinus præfatus, insolentia
Richardi à Hoenburg prouocatus, castellum quod Cleberg dicitur, non procul à Wci-
senberg obseruit, illudque cum omnibus pertinentijs suis in biduo capiens acquisivit.
Anno Domini prænotato feria tertia post Dominicam Palmarum obiit Gottfri-
dus Episcopus Herbipolensis, cui Iohannes de Grumbach succedens præfuit annis xii, ho-
mo bellicosus; & quamuis indoctus, tamen cleri amator atque defensor, & bene rexit ec-
clesiam suam.
His quoque temporibus in præfata dioecesi Herbipolensi, non procul ab Hippo-
nen*, in quadam loco qui Bircklingen dicitur, in solitudine, quadam imago beatæ Ma-
riae semper virginis, in quadam arbore posita, multis cepit coruscare miraculis, ad quam
maximum populi concursus factus est, & multæ fidelium oblationes impensa, per quas
temporis successu monasterium Canonorum regularium de reformatione Windes-
heimensi fuit constructum & sufficienter prouisum.

M C C C L VI.

*Bergzabern
à Friderico
Palatino ca-
pitur.
Iohannes fit
Episcopus
Herbipole-
sus.*

*Cœnobium
Bircklingen
fundatur.*

- Anno Conradi abbatis nostri xi. celebratum fuit in monasterio sancti Petri in Er-
phordia xvi. Capitulum ordinis nostri prouinciale, Dominica tertia post festum Domi-
nicæ resurrectionis, cum continuatione, (vt moris est) dierum sequentium; in quo præ-
derunt Bertholdus S. Stephani Herbipolensis, Iohannes S. Michaelis Hildensheimensis,
Vdalicus in Blaburen, & Lupertus S. Iacobi prope Moguntiam, monasteriorum ordinis
nostræ præclarí abbates. Multa in isto Capitulo pro reformatione & consuetudine ordi-
nis nostri statuta fuerunt.
Eodem anno viii. die mensis Maij obiit in palatio Iacobus de Sirck Archiepisco-
pus Treuirensis, cuius corpus Treuirum relatum, ante sumum altare in ecclesia beatæ
Mariae semper virginis tumulatum, anno pontificatus sui xvii. præful omni laude celebra-
dus, qui non solum ecclesiam suam in pace & tranquillitate rexit, sed etiam inter Princi-
pes & aliarum ecclesiarum Pontifices pacem sepe reformatum. Eo autem mortuo Ca-
nonici maioris ecclesiæ pro eligendo nouo Pontifice ad diem mensis Junij xxii. conue-
nerunt, habitu quoque inter se longo tractatu in duo sunt diuisi; vna pars Dietherum de Eisen-
burg Moguntinen sis & Treuvensis ecclesiarum canonicum (qui postea Mogunitus ar-
chiepiscopus factus est) in Archipræfulem elegerunt; alia pars numero potior, Iohannem
filium Iacobi Marchionis Badensis, fratrem Caroli Marchionis, annum ætatis xxii. agè-
tem: quamuis Dietherus confirmationem eius apud sedem Apostolicam impedire ma-
gnopere conaretur, prævaluit tamen Iohannes, & a Calixto Papa iii. confirmatus est, &
præfudit ecclesiæ Treuirensi vñque in præsentem diem sanus & in columnis, annum póni-
ficatus sui xlvi. ætatis vero lxxviii. agens.

*Iacobus ar-
chiepiscopus
Treuensis
moritur.*

*Iohannes fit
archiepisco-
pus Treu-
ensis.*

- Eodem quoque anno, xiv. cal. Aprilis obiit Reynardus de Helmstat episcopus Spi-
rensis, & in medio ecclesiæ sepelitur; cui succedit Sifridus de Venygen, electus per Capi-
tulum xxix. die mensis Martij, & præfuit annis iii. mensibus v. diebus iv. qui multa bona
fecit ecclesiæ in tempore tam breui.

*Sifridus fit
episcopus
pue Treu-
ensis.*

ordinis nostri Capitulum
xi. die mensis Maij, cum
est festum Dominicæ refur-
mianus S. Petri in Ephordia,
oli, monasteriorum ordinis no-
stra fuerunt.
in Walachia excursum Dri-
qui multa milia hominum
nos, nouo & inaudito prius
ngaria, conuerlusque ad fi-
bene & modestissime dein-
artim vno libello circumfe-
corum Myſiam inferiorum
iliū, obtinet.
fundatur, nō longe à Ber-
ndesheimēsi, q. Ebenhar-
llanus de villa de littor Mō-
ibi tugurium fecit, in quo
esperarunt tenentis colloca-
mpore ad ipsam iconem po-
leemosynis cœnobium ite-
qui rusticus, quia dicebatur
Ebehat-

*Montfort
castris pra-
donum à Fri-
derico Pa-
lerino de-
structur.*

Anno prenotato Idib. Octobr. magnanimus princeps Fridericus, comes Palatinus Rheni, tutor Philippi, cum auxilio Archiepiscopi Moguntini Theoderici, Montfort castrum commune pradonum, quod parum distat ab hinc, obsidione vallavit, & diebus v. illud fortiter expugnans, xix. die mensis Octobris cepit, ac funditus destruxit; sicque manet destratum usque in hodiernum diem, nec readificari potest sine consensu Palatini, qui pro tempore fuerit, & archiepiscopi Moguntini. Ecclesia enim Moguntina ex hoc pradonum castello multa pertulit damna per eos, qui mansionem inibi habere potuerunt.

*Turcorum
Imperator
Nicepolis
Christianorum
urbem
obsedit.
Christianorum
contra
Turcos insi-
guis Sidio-
sia.*

Anno quoque prenotato Mahumetes Imperator Turcorum magno suorum destinato exercitu, Nicopolim ciuitatem Christianorum in signem (quam Schiltavum appellant) obsidione fortissima circumduxit, Christianis qui intus erant, muros, turrem & moenia fortiter defendentibus. Verum Turcis ad muros cum machinis audacter proprantibus, nostri exhortatione Iohannis Capistrani, ordinis Minorum de obscurantria, viri docti & religiosissimi, ad pugnandum pro Christiana fide animati, portas ciuitatis erumpunt, Iohanne Cardinali S. Angeli Legato Apostolico, vexillum S. crucis praferente, Turcosq; tum fortiter cum tanta audacia inuadunt, cedunt, percipiunt, occidunt, omnesque mox in fugam conuerrunt, quod prae nimia fessiuatione multi corum in flumine submersi fuerunt, multi quoque a nostris interempti. Ob hanc Christianorum victoriam Calixtus papa III. festum Dominicae transfigurationis 8. idus Augusti quotannis instituit celebrandum.

Eodem tempore Mahumetes Corinthum expugnat, multis milibus Christianorum occisis, atque in omni Peloponneso tributa Christianis imponit.

*Corinibus
expugnat
à Mahume-
te.
Conuersus
puerū ad
S. Michae-
lē magnum.*

His etiam temporibus Magnus puerorum concursus ad S. Michaelem in Hispania finibus ex omni Alemannia oritur, qui relictis & inconsultis parentibus cum incredibili feruore, simul in ordinem conducti, pergebant, nemine eos prohibere potente, mendicantes de S. Michaeli cantantes, sub vexillo eiusdem angeli depicto in ordine procedentes: nec sciri poterat, quis ille spiritus, qui tam fortiter iuuemilem iterat ad iter tam arduum incitasset, vt per tot millaria pueri x. aut xii. annorum passuum sine viatico transirent. Postremo non solum pueri, sed etiam viri, mulieres, serui, ancillæ & virgines subito (nescio quo spiritu inspirati) relictis omnibus ad idem se iter praecinxerunt.

M C C C L V I I .

*Ladislaus
Bohemus &
Vngaria rex
iuuenis
moritur.
Prior &
Cellarius
constitutus
nouus.*

Anno Conradi Abbatis nostri XIII. in mense Nouembri obiit Ladislaus Bohemicus & Vngariae Rex, iuuenis XVIII. annorum, per Hussitas veneno interemptus in ciuitate Pragensi, sepultus ibidem in ecclesia S. Wenceslai.

Eodem anno, in die S. Matthei Apostoli & Euangelistæ, Conradus abbas huius monasterij Prouisorem & Cellarium instituit Iohannem Mariæ (de quo supra diximus) qui fuit Prior & Cellarius aliquandiu. Fridericus autem de Nackheim, olim abbas, his temporibus morabatur in Creuzenacht, de sua pensione viuens.

*Abbas com-
putationem
facit conuen-
tui suo.*

Hoc ipso anno Conradus abbas computationem fecit suo conuentui, in qua fuit compertum, quod maiorem partem debitorum exsoluerat, & nihilominus sepius censuris ecclesiasticis ad instantiam creditorum subiacere, & diuinorum celebrationem intermittere fratres cogebantur. Nam sicut ex eorum manualibus colligitur, quatuor vicibus hoc anno relaxationem censoriarum precio compararunt.

M C C C L V I I I .

*Aquarum
inundatio
maxima.*

Hoc anno, qui fuit Conradi Abbatis nostri XIIII. feria sexta post Dominicam inuocauit, maxima fuit aquarum inundatio Rheni, Mosella, Nahæ, & omnium in circa regione fluminum, quæ multa hominibus intulit damna. Resolutis enim niuibus aquarum inundatio crevit intantum, quod etiam ecclesiam parochiale in insula Creuzenacht, totam aqua implentes, altaria quædam subuerteret, parietes concuterent, à sepulchris mortuorum lapides dimouerent, multisque damnis illatis pene templum destruxerent.

*Vno Burs-
feldensem à
papa confir-
matur.*

Eodem anno Pius papa secundus, anno Pontificatus sui I. reformationem vni- nemque Bursfeldensem & Capitulum annale confirmauit, & cum multis priuilegiis que dedit, etiam priuilegia congregationis S. Iustinae de Padua, quæ multa & magna sunt, ad unionem nostram Bursfeldensem extendit.

*Ecclesia S.
Iacobi Mo-
guntia con-
struitur.*

Eodem quoque anno ecclesia S. Iacobi extra muros Moguntinos, ordinis nostri, quæ modo cernitur, edificari coepit, & anno sequenti perfecta. Ex eo namque tempore, quod monasterium ultimum fuit desolatum, post obitum Marthæ Archiepiscopi, non fuit ecclesia in monte præfato præter Capellam beatæ Mariae semper virginis,

His etiam temporibus Conradus abbas huius monasterij magnas lites & contentio- nes ha-

ericus, comes Palatinus Rhei
eoderici, Montforti castum
e vallauit, & diebus v. illud
is destruxit; sive manet de
re consensu Palatini, qui pro
oguntina ex hoc praeponum
habere potuerunt.
rcorum magno suorum de
nem (quam Schiltav appell
erant, muros, turre & mo
chinis audacter properanti
um de obseruantia, virtu doct
portas ciuitatis erumpunt,
crucis praesertim, Turcos
t, occidunt, omneque mor
eorum in flumine submersi
inorum victoriam Calixtus
stu quotannis instituit cele

multis millibus Christiano
ponit.

S. Michael in Hispania
parentibus cum incredibili
prohibere potente, mend
epicto in ordine proceden
m aratem ad iter tam ardu
os assulm sine via tico trans
i, ancillæ & virgines submo
recinxerunt.

ri obiit Ladislaus Bohemia
eno interemptus in ciuitate

Conradus abbas huius mo
(de quo supra diximus) qui
kheim, olim abbas, his tem
perantur.

t suo conuentui, in qua fuit
nihil minus sapientis censi
orum celebrationem inter
colligitur, quatuor vicibus

extra post Dominicam inno
, & omnium in circa regio
enim niuibus aquarum in
in insula Cretzschach, ro
cuterent, à sepulchris mo
plum destruxissent.

i. reformationem vno
cum multis priuilegiis que
ta multa & magna sunt, ad
Moguntinos, ordinis noli
cta. Ex eo namque tempo
att hæc Archiepiscopi, non
emper virginis,

magnas lites & contentio
nes ha

S P O N H E I M E N S E

371

nes habuit, cum quodam Nicolao, dicto Ritter de Mægisfreit, clero, propter altare S. Nicolai, quod eo tempore nondum incorporatum erat monasterio, & diu durauit. Tandem sententia pro ipso clero contra Abbatem per indices Moguntinæ sedis prolata fuit, quod factum ingens damnum huic monasterio intulit.

Eodem quoque anno Ludouicus Dux Bauariae, cognomento Diues, filius Henrici & pater Georgij Ducis, magno exercitu Bauariorum, Bohemorum & Australem congregato, ciuitatem Eyskatensem obedit, sed concordia interueniente discessit. Inde duxit exercitum contra Marchionem Brandenburgensem, ceptique duo castella illius Landeck & Stauff, ac funditus subvertit. Exiit autem contra eum cum magno exercitu Albertus Marchio, habens secum Saxoniae Ducem Wilhelmm, sed nihil memoria dignum egerunt. Verum concordia taliter facta, quod Marchio Duci Ludouico ad manus resignaret quafdam literas certas & priuilegia, contra eum ab Imperatore data, recipretque feuda sua ab ecclesia Herbipolensi (quod ante recusauit) vt Burggrauius Nurenburgensis, ab inuicem discesserunt. Postea in quadam die Nurenbergie ad hoc constituta, Marchio (sicur promiserat) tradidit Duci Ludouico literas Imperatoris in prætorio publico, quas ille mox in conspectu omnium lacerauit. Quod cum audisset Imperator ægerime tulit, & Ducem Ludouicum crimen laæ Maiesstatis incurrisse volebat: & ob eam causam factam inter eos concordiam reclamauit, & multa mala inde sequuta sunt.

M C C C L I X.

Anno Conradi abbatis nostri xiv. pridie nonas Maij obiit Theodericus Schenck

de Erbach Archiepiscopus Moguntinus, cui Dietherus de Isenburg per Capitulum xiv. Dietherus
Cal. Iulij electus succedens, præfuit fere annis iiiii, contra quem Adolphus de Nassau per triennium litigauit, & fuit in centuum multorum malorum, quia tota prouincia propter eos turbata fuit.

Eodem anno secunda die mensis Septembri obiit Sifridus episcopus Spirensis, cui Iohannes Nix* de Hoeneck, dictus Ensberg, per Capitulum xvii. die Septembri electus, succedens præfuit annis v. Qui adhærens Marchioni Badeni & Ludouico Duci Nigro cum ceteris complicibus aduersus Fridericum Comitem Palatinum, tutorem Philippi, ecclesiam suam in multis damnificauit, totamque diœcesim incendio, rapinis & deuastationi inimicorum & amicorum exposuit.

Anno quoque prænotato, xvii. ordinis nostri prouinciale Capitulum Nurenbergæ celebratum est, post festum Dominicae resurrectionis secunda Dominica, in quo præcederunt Georgius S. Egidij ibidem, Bertholdus S. Egidii in Branswick, Euerhardus monachus S. Iacobi prope Moguntiam, & Henricus in Ettenheim, cœnobiorum ordinis nostri religiosissimi abbates.

Eodem anno Fridericus Imperator mandauit omnibus ciuiibus Imperij, vt Marchio Brandenburgensi Alberto, torius viribus contra Ludouicum Ducem Bauariae supra dictum, laæ Maiesstatis (vt ipse volebat) reum, auxilia ferrent, quod omnes in Suevia, præter Nurenbergenses, fecerunt. Vnde commotus Dux Ludouicus magno Bauariorum, Bohemorum & Australem congregato exercitu, terram Marchionis ingreditur, villas, castella, & oppida multa capit, incendia & prædas exercet, & infinita ei. dannata insert, nemine potente resistere. At vero post hæc Marchio conuocatis Imperij ciuiibus, Ludouico (nescio pro qua causa) in Bohemia existente, terras illius pari marte ingreditur, deuastat, spoliat & incendit. Postremo iterum concordia per Bohemia regem facta est, ita quod ablata restituerentur.

M C C C L X.

Anno Conradi abbatis nostri xv. obiit Albertus Dux Bauariae, filius quondam Du

cis Ernesti, relinques v. filios; Iohannem, qui sine liberis obiit, Sigismundum, Christophorum, Albertum, Wolfgangum, & filias iiii. Elizabeth Ducissam Saxonie, Margaretham Comitissam de Mantua, & Annam monialem, in cœnobio apud Monacum pro Christi amore inclusam. Porro Albertus Christophorus fratrem suum præfatum aliquandiu in vinculis tenuit, cuius historia omnibus nota est.

Eodem anno Albertus Marchio, Dietherus archiepiscopus Moguntinæ, Ludouicus Dux Niger, & Emicho Comes de Liningen cum adhærentibus sibi, contra Fridericū comitem magnanimum in vnum conspirantes, publici inimici & defidati eius facti sunt, cū quibus erat Comes Vdalicus de Wirtenberg, qui Philippi matrem prius duxerat in vxorem. Necesse itaque compulsa Dux Fridericus, ad vilesendas iniurias congregauit exercitum, & primo quidem Schavvenberg castrum in Strata montensi (vulgariter

*Contentio
ter abbatis
baueri
baueri
& clericu*

*Eyskatt ob
sideratur.
Bellum inter
duce Baua
ria & Mar
chionem Bra
denburgensem*

*Ludouicus
dux Baua
ria id est at
literas imp
eratores*

*Iohannes Nix
fit episcopu
spirospus Mo
guntinus.*

*Capitulum
præsumptu
17. celebra
tur.*

*Fridericus
Imperator
ciuitates
Imperij cen
tra ducem
Bauariae et
estas.*

*Albertus
dux Baua
ria moritur.
Filius & filia
duce & Alber
ti.*

*Principes
i. in Unius
comunitate
sunt inimici
Fridericus co
mitis Palati
ni.*

*Schavven
berg à Fer
derice Palati
ni capi
tur.*

*An der Bergstrasse) quod pertinebat ecclesia Moguntinae, fortissimum & Bombardis, vi-
ctualibus & defensoribus optime erat munitum, obsedit, & in VIII. diebus cepit, anno pre-
notato in Dominica octaua Dominicæ resurrectionis: in quo reperit XVIII. equites &
XXX. pedes balitis & Bombardis tela & lapides saecientes, qui omnes sine alicuius exce-
ptionis conditione capti fuerunt.*

Eodem quoque anno, cum inter Marchionem Brandenburgensem & Ludonicum
Ducem Bauariae concordia facta (sicut supra diximus) Friderico Comiti Palatino non
placeret, denuo interrupta est, & bellum inter eos de novo instauratum. Comes enim ipse
Palatinus & Dux Bauariae Ludouicus, cognomento Diues, contra Principes XIII. num-
ero tam spirituales quam seculares toto tempore fortiter steterunt; inter quos fuerunt pra-
cipue Dietherus Archiepiscopus Moguntinus, Ludouicus quoque Dux Niger comes Vel-
dencie, Vdalricus Comes de Wirtenberg, Carolus Marchio de Baden, Albertus Marchio
de Brandenburg, Wilhelmus Dux Saxoniae, Emicho comes de Liningen, cum multis alijs
cofoederatis eorum Principibus, Ludouicus Dux Bauariae præfatus contra Marchionem
Brandenburgensem, Saxoniae Ducem, & ciuitates Imperij bellum gessit in Bauaria, Pra-
fecto Comitis Palatini prænominati in Amberg adiutore: ubique vicit, ubique miranti-
bus cunctis triumphavit. Interca Fridericus Comes Palatinus, nec minis terrendus nec
multitudine vincendus, animo tremens in aduersarios suos, exercitum cōtra Dietherum
archiepiscopum Moguntinum produxit cum adhærentibus eius, & oppidum millario
aut parum amplius distans à Wormatia, Pedersheim nuncupatum, quod ecclesia perti-
nebat Moguntinæ, magno exercitu munitum, aggreditur, capit, spoliat & deprendatur, ea-
ptis ex aduersariis plus quam sexcentis Comitibus, Nobilibus & armigeris: inter quos fue-
runt Iohannes de Nassav, Wilhelmus comes de Werthen, Otto comes de Hennenberg,
Philippus comes de Liningen, & Comes de Runckel; insuper obtinuit ibi comes Palati-
nus quingentos equos sellatos, omnes quoque aduersariorum currus cum equis, machi-
nas & bombardas in magno numero. Ibi multi Rinckavvagens capti sunt, & multo plu-
res occisi. In hac expeditione fuit cum Palatino, mercede conductus, Ludouicus Hallie-
nsis & Lantgranius cum multis equitibus. At vero præda omnis ad Westhofen enecta inter mi-
litæ fuit diuisa. His peractis concordia inter archiepiscopum Moguntinum & comitem
Palatinum prefatos in hunc modum fuit conclusa: Comes Palatinus castrum Schawenberg, 30
Hentschouheim, & Dobsenheim, cum omnibus pertinentiis suis impignoratum habebit ab ecclesia
Moguntina pro expensis suis XXX. millibus florenorum: insuper quod Ringauenses ipso Palatino da-
rent IX. millia florenorum pro quibusdam prouentibus iuxta a Lorg: quos iure obtinueret. Verum ab
hac concordia Dux Ludouicus de Veldente, comes de Wirtenberg & comites de Linin-
gen cum sibi adhærentibus sunt exclusi. Hæc Palatini victoria facta est anno prænotato in
die S. Vdaltri Confessoris, qui est quarto nonas Julij, & fuit illo anno feria sexta.

Anno quoque prænotato, prius tamen quam Fridericus Palatinus exercitum pro-
duceret ad Pedersheim, Dietherus archiepiscopus Moguntinus, Ludouicus Dux Niger &
Emicho Comes de Liningen cum adhærentibus sibi, magno coadunato exercitu Ingeln-
heim intrantes, combusserunt. Villanis autem in aulam imperialem confugientibus, & 40
muros fortiter defendentibus, nihil aduersarij proficere potuerunt. Interca Princeps Pa-
latinus nunciatur venturus, quod illi andientes, soluta obſidione recesserunt. Palatinus
autem veniens eum exercitu, prope Moguntiam domos aliquas sacerdotum apud S. Vi-
ctorem, S. Albanum & S. crucem in campis destruxit, & IV. millia florenorum ab ipsiſ ſa-
cerdotibus, vt eos de incendio faceret securos (quod vulgariter appellat Branschatz)
extorsit. Concordia autem cum Diethero archiepiscopo Moguntino facta (quemadmo-
dum præmissimus) Fridericus Princeps Palatinus exercitum suum contra Ludouicum
cognomento Nigrum, produxit, & cum in Meilenheim fortissime obſidens, ad peti-
tionem pacis coartauit. Concordia itaque secundo inter eos tali conclusione facta est: Dux
Ludouicus medianam partem quingentorum florenorum in telonio Bacheraensi quotannis sibi ceden-
tium, Palatino in perpetuum remitteret, & reliquam partem ab eo & successoribus eius in feudum, cui
nunquam renunciari possit, accipiet, castrum quoque Scharffenburg resignabit. Ab hac vero con-
cordia Comites de Liningen & ceteri aduersarij Palatini exclusi fuerunt. Post hac Prin-
ceps magnanimus Fridericus exercitum duxit contra Comites de Liningen, & in primis
Hasloch à Diethero
Palatino
fortificatus,
adirexit si-
militur.
obſedit, exponit, &
destruxit.

Ludouicus medianam partem quingentorum florenorum in telonio Bacheraensi quotannis sibi ceden-
tium, Palatino in perpetuum remitteret, & reliquam partem ab eo & successoribus eius in feudum, cui
nunquam renunciari possit, accipiet, castrum quoque Scharffenburg resignabit. Ab hac vero con-
cordia Comites de Liningen & ceteri aduersarij Palatini exclusi fuerunt. Post hac Prin-
ceps magnanimus Fridericus exercitum duxit contra Comites de Liningen, & in primis
Hasloch à Diethero
Palatino
fortificatus,
adirexit si-
militur.
obſedit, exponit, &
destruxit.

Anno

tissimum & Bombardis, vii.
viii. diebus cepit, anno pre-
reperit xvi. cunctes &
qui omnes sine aliquo ser-
co.

nburgensem & Ludonicum
erico Comiti Palatino non
staunatum. Comes enim pte
contra Principes xiii., num-
erunt inter quos fuerunt pra-
que Dux Niger comes Vel-
e Baden, Albertus Marchio
e Liningen, cum multis aliis
& fatus contra Marchionem
ullum gessit in Bavaria, Pre-
pique vicit, ubique militans,
nec minis terrendus nec
exercitus contra Dietherum
erius, & oppidum militatio-
patum, quod ecclesie pen-
pit, spoliat & depraedatur,
& armigeris: inter quos fac-
to comes de Hennenberg,
obtinuit ibi comes Palan-
currus cum equis, machi-
nes capti sunt, & multo plu-
riductus, Ludovicus Halle-
Westhofen euecta interni-
Moguntinum & comitem
atinus castrum Schwanberg
ignoratum habebit ab edicto
Ringauensi ipso Palatino do-
nos iure obtinasset. Verum ad
enberg & comites de Limi-
facta est anno praeatorato in
anno feria sexta.

us Palatinus exercitum pro-
pus, Ludovicus Dux Niger &
coadunato exercitu Ingel-
teriale consugeneribus, & co-
erunt. Interca Princeps Pa-
lone recesserunt. Palatinus
quas sacerdotum apud Ni-
billia florenorum apibus fa-
riter appellatur (Brangatz)
guntino facta (quemadmo-
dum contra Ludovicum
time obsidens, ad petito-
conclusionem facta: Dux
heracensis quamvis filii edev-
tūcessoribus eius in fideam, cu-
resignabit. Ab hac vero con-
fusi fuerunt. Post haec Port-
es de Liningen, & impetus
incendit, deflexit & solo
versa suppelliculis copiam
um comitum de Liningen,
e aportauit.

Anno

S P O N H E I M E N S E.

373

Anno praeatorato Iohannes cognomento Maria, Prior huius monasterij xxix. obiit; post cuius mortem prioratus fere ad biennium vacauit. Fuerunt enim pauci numero monachi, in summa v. videlicet, Petrus de Blenich, Andreas de Traiceto, Iohannes, Conradus, & Vdalricus postea abbas.

Iohannes
Prior huius
locis 29, mo-
ritur.

M C C C L X I.

Hoc anno, qui fuit Conradi Abbatis nostri x vi. Pius papa ii. scriptis & commisit & mandauit episcopo Eysteteni, quatenus assumpitus ad se viris probis, religiosis & peritis, c- uocatisq; euocandis, tres illas obseruantias ordinis nostri, in Alemannica natione nouiter instauratas, Bursfeldensem, Mellicensem & Castellensem, & si quae essent aliae, reduceret in unum autoritate Apostolica, contradictores per censuras ecclesiasticas ad obedientiam cōpellendo. Huius occasione mandati multi interea lunt facti labores & expensæ diuersis temporibus, sed usque in hunc diem nullus est sequutus effectus, propter nimiam diuersitatem ipsatum trium obseruantiarum in multis.

Hoc ipso anno Dietherus archiepiscopus Moguntinus per Pium papam ii. deponitur, & Adolpho de Nassau de Archiepiscopatu per eundem prouidetur. Causas eiusmodi depositionis sufficierunt q; plurimas. Prima, quod summa pro confirmatione & pallio sibi imposita papæ non soluerit. Secunda, q; infra tempus sibi constitutum in Sacerdotem se ordinari nō fecerit. Tertia, q; Apostolica sedis Legatos irrecuerter tractauerit, corumq; mādatis inobedientis & contrarius fuerit. Cæteras aut explicare causas depositionis eius nō iu-

dicamus esse necessarium. Contra hanc iniuriam & violentiam sibi factā, Dietherus archiepiscopatu suo nequaq; volens esse priuatus, auxilium Friderici Comitis Palatini potentis inuocauit, & habere promeruit. Adiutorio itaq; Palatini Dietherus ix. oppida & ciuitates in sua obedientia retinuit, reliquis ab eodem sibi dependentiis. Ratione huius assistentiæ idem archiepiscopus Dierherus dedit & assignauit prefato Præcipi Palatino Friderico Starcken-berg castrum, Heppenheim, Bensheim, & Morlebach oppida, cum omnibus pertinentiis pro centū millibus florenorum, in ysum Palatinatus tā diu habenda, quoq; eam pecuniārum summā ab ecclesia Moguntina recipiter. Adolphus etiā Ludovicum Ducem Nigrum in auxilium vocans, ei pro stipendio Bickelheim castrum & villam, Sobernheim, Montzegen, Nusbaum, & Vlcam non procula Moguntia castrum, cum omnibus pertinentiis corum, pro certa summa pecuniārum in pignore assignauit. Quæ omnia Fridericus Palatinus non diu postea (sicut dicemus) ab eo armis potenter diripuit. Marchionis Ba- deni pro assistentiā dedit Algesheim & Gavvbeckenheim, cum omnibus pertinentiis eorum. Comitem Wyrtenbergensem pro xx. millibus florenorum in auxilium conduxit, Wilhelmo quoque Saxonie in adiutorium coempto; similiter & Henrico Comiti de Schwartzenburg pro mercede stipendiisque donauit in Eyhsfeldia quādam oppida, castella & villas cum bonis prouentibus annuis. Comiti quoque de Lapei regio (vulgariter Konigstein) qui sororem eius habebat in uxorem, Comitatum de Holßheim pro suo sti- pendio, ne gratis seruiret, assignauit. Hinc orta lunt mala, & famosissima illa quondam Ec- clesia Moguntina pene in nihilum redacta fuit. Cum his omnibus archiepiscopus Treu-

rens, Episcopus Metensis, Iohannes Nix episcopus Spirensis, Albertus Marchio Branden-bergensis, multique alij Comites, Barones & Nobiles Adolpho contra Dietherum adha-serunt. Igitur in primis Dietherus ipse cum suis, habens secum pro auxilio sa peditum Co- mitem Palatinum & Philippum Comitem de Katzenelenbogen, exercitum produxit contra Rinckavviam, ad cuius aduentum Rinckavvenses prefidia sua deserunt; sed propter acris inclemētia cito soluta fuit obſidio, quoniam exercitus diutius nō potuit manere. Post haec quasi certa ad Dierherum venit promissio, si denuo veniret, q; Rinck-avvenses in eius ditionem transirent. Venit ergo iterum cum potentia, & promis-ſionem sibi de ditione factā inanem & falsam inuenit. At Dux Fridericus fortium vitorū afflumen phalangem contra Vdalricum Comitem de Wittenberg mouit exercitum, in-

cendio & præda deuastans omnia usq; ad Stuckardiam, principalem Wittenbergensem Comitum ciuitatem. Deinde magnanimus Princeps Palatinus vna cum Henrico Hassia prouinciali Comite exercitum mouit aduersus Ludovicum Ducem Nigrum Comitem Veldentiae, & villam Gavvbeckenheim obſidione vallans quam breui cepit, muros, tur- res, & omnia fortalitia funditus deſtruxit, dicens ex ea captiuos equites lx. & centum pe- dites ad bella expeditissimos, & omnes machinas eorum,

Anno praeatorato Dominice nativitatis MCCCCLXI. Conradus Humbrecht, abbas huius monasterij Sponheimensis xxxi. 7. iduum Martij hora v. post meridiē obiit, & ante gradus presbyterij sepultus fuit. Eius infirmitas ex quadam phantasmate nocturno sic

Rinckavv-
gia obſide-
tur à Die-
thero.

Fridericus
Palatinus
deuastat
terā Witten-
bergensem.

Palatinus
exercitum
mouit con-
tra ducem
Ludovicum.

Gavvbe-
ckenheim
a Friderico
Palatino
captur.

Conradus
abbas huius
mortuus.

accidit: Piscari fecerat nouam piscinam, quam ante septennium circa fontem ad occidentalem monasterij plagam instaurauit & purgauit, piscesque captos in viuario quodam ad hoc fabricato ibidem posuit; qui ne furtim nocturno tempore subirahentur à ruficis, in hoc opus semper paratis, nocte solus cum fuste exiuit, & ad custodiam piscium ibidem vigilauit. Et ecce intempesta noctis (Deo permittente) Diabolus quibusdamphantasma tibus eum terruit, & mox, vt ascendit gelidus ad præcordia sanguis, infirmati cœpit, & post dies paucos (vt prædictissimus) mortuus fuit. Homo satis laboriosus, & qui monasterio in temporalibus bene præfuit. Reformationem vero detestabatur summopere, vixique secundum carnem, filios relinquens & filias, non sine damno monasterij & anime sue graui periculo.

*Conradus
abbas in
quit & f.
bit & f.*

*Iohannes
Trithemius
magister.*

Eodem quoque anno MCCCC LXI, post horam undecimam, minuto XXVIII, in nocte post meridiem, Cal. Februarij, hoc est, in ipsa nocte festum purificationis beatæ Mariæ semper virginis præcedente, natus est Iohannes Trithemius, postea huius coenobij abbas XXV, in villa Tritenheim, quarto à Treuiri in descensu Mosellæ miliario, ut infra dicetur.

D E V D A L R I C O D E Z E I S K E I M , H V I V S M O N A S T E R I I S P O N -
heimensis abbatte XXII, qui prefuit annis V. diebus XXIII. & de variegatis
illius temporis.

CONRAD O abbate huius monasterij mortuo atque sepulto, conuenerunt in unum fratres, qui tunc erant conuentuales, altera die sequente, hoc est, 6. Iduum Martij, 20 mane hora IX, vel quasi, ad locum Capitularem pro novo eligendo pastore; habitiq; inter se tractatibus, tandem vnanimiter elegerunt Vdalicum de Zeiskeim, non procul à Germersheim oriundum, qui confirmatus ab Adolpho archiepiscopo Moguntino, & per eius in Pontificalibus Vicarium ordinatus præfuit huic monasterio annis V. & diebus XXVIII. Hic in iuventute sua traditus à parentibus monasterio in Fels, Argentinensis dictis, quod postea fuit ab ordine translatum, omne tempus leuitati, ludis & commissariis indulxit, & nec scientiam literarum haesit, nec obseruantiam ordinis amauit. Verum post plures annos, cum sumptuose & nimis prodigaliter interfretates, qui omnes erat proprietari & nimium dissoluti, vixisset, pondere debitorum suorum prægravatus diutius ibidem manere non potuit, nimia creditorum instantia perturbatus. Licetangiatur Abbatii sui interueniente, clam inde discessit, & veniens hic, in conuentualem huius monasterij suscepimus est. Ordinatus autem Abbas mores pristinos non mutauit, commissationibus & vagis in utilibusque discursionibus vacans, hoc monasterium ad extre-
*monasteria
multis debi-
tis emulsi.*
*Multe re-
dium occid-
te vendidit.*
*Nulla sedi-
ta confir-
xit.*
*Aliena de-
bita fuisse.*
*Sed eti-
mo
multorum
Gesa.*

mam paupertatem & inopiam perdixit. Tanta enim in quinquennio contraxit debita, tantaque vendidit & alienauit bona occulte, prata, agros, census & prouentus, quod simul computatis tempore sui regiminis nocuit & damnificauit huic monasterio plus quam in tribus millibus florenorum. In emendo & vendendo improuide multa inutiliter expendit, quippe qui multotiens equum pro 6. florenis vendidit, quem ipse infra paucos dies pro xx. aureis comparauit. In computationibus autem suis noratum est, quartuor cum & viginti comparauisse pro sua persona equos in V. annis, quos mox ut emiserit, verbis vendentium deceptus, pro nimium viliori precio iterum vendere consuevit. Vendidit autem census redditusque annuos abique scitu & voluntate conuentus sui in multis locis, videlicet, in Odernheim agros pro CXXIIII. florenis, in Melenheim, in Heimbach superiori tres marcas perpetui census vendidit, in Budeshem circa Bingen, in Lorchersheim, in Gysenheim, in Winckel, in Creuzenach, in Heimersheim multos & preciosos agros pro magna summa pecuniarum vendidit, in Sobernheim. Et in diuersis alijs locis multa vendidit occulte, quæ rique in præsentem diem monasterio alienata permanent. Nihil in vel extra monasterium suo tempore construxit, vt nec ruinosa edificia in aliquo restaurauit: debita quoque sua, quæ olim non parua contraxit in Fels, de substantia huius monasterij exsoluit. In Moguntia quoque nonnulla contraxit debita, priusquam ad hunc locum venisset, quæ nihilominus de huius monasterij substantia per eum postea fuerunt occulte soluta. Multa etiam turpiter expendit, prædecessoris sui exemplis: uterque enim concubinam publice tenuit, aliquando in monasterio, aliquando in villis circumiacentibus, quibus multain datnum coenobij animarumque suarum dispendium expenderunt. Sed de his haftenus satis dictum est, cetera Vdalici gesta per ordinem prosequamur.

MCCCC LXII.

Vdalicus abbas statim in principio ordinationis suæ Pronotorem & Cellerarium huius monasterij Sponheimensis instituit Ottonem, monachum præsens loci conuentualē, qui pau-

Otto Ha-
wesius fit
Cellerarum.